Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

apli de septuaginta duob.
Alibi at. cum ceteris de coi.
In festo conversionis scti pauli.

Letamur omnes
in dno hodiernum
diem solemnem
celebrantes quo
beatus paulus
conversione sua pnte mundum
decoravit. Ps. Dne pbasti me et
cognovisti me tu cognovisti sessionem meam.
Deus qui universum orbem
per beati pauli apli
tui predicationem docuisti. da
nobis qs: ut cuius hodie con
versionem celebramus. per eius ad te
exemplum gdiam. P. Eodem
die precedente missa memoria
sancti mrtis. Et qn de eo missa
fuerit celebranda introitus
Gloria et honore. cum ceteris sancto
or. de coi. Lectio actuum apl'orum.
In diebus illis. Saulus adhuc
spirans minarum et cedis
in discipulos domini accessit
ad principem sacerdotum et petiit
ab eo epistolas in damascum
ad synagogas: ut si quos
invenisset huius viae viros
ac mulieres. vinctos perducat
in hrlm. Et cum iter faceret:
contigit ut appropiaret
damasco. Et subito circum
fulsit eum lux de celo: et
cadens in terram audivit
vocem dicentem sibi. Saule
saule quid me persequeris?
Qui dixit. Quis es dne?
Et ille. Ego sum ihs quem
tu persequeris. Durum est tibi
contra stimulum calcitrare.
Et ille tremens ac stupens
dixit. Dne. qd me vis facere?
Et dns ad eum. Surge et
ingredere civitatem: et ibi
dicetur tibi quid te oporteat
facere. Viri autem illi qui co
mitabantur cum eo stabant
stupefacti: audientes quidem
vocem. neminem autem videntes.
Surrexit autem saulus
de terra: apertisque oculis nihil
videbat. Ad manus autem
illum trahentes. introduxerunt
damascum. Et erat ibi tribus
diebus non videns: et non
manducavit neque bibit.
Erat autem quidam discipulus